



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Iacobi Laynis Secundi Societatis Iesv Generalis  
Alphonsi item Salmeronis Vnius in primis decem Socijs**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae Agrippinae, 1604**

Societatem mirificè auxit, etiam Prouincijs. Cap. 17.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11740**

emit, ut ad extremum validius quam  
initio dixisse videretur, quod virginis  
cuius res agebatur, acceptum retulit:  
effectumque illo auctore, ut in eam  
sententiam Patres ierint Sixti IIII  
Pont. Max. hac ipsa de re decretum  
esse seruandum.

*Societatem mirificè auxit etiam  
Prouincij.*

CAP. XVII.

**H**is rebus ita gestis, efficitur  
proxime ab Ignatio L A Y-  
N E M , vt tempore sic & meritis so-  
ciatem vehementer ampliasse, con-  
firmasse, & vitæ exemplo, re, consilio,  
doctrina, administrandi ratione  
exornasse, concionibus adhæc & di-  
putationibus Italiam bonæ existima-  
tionis odore impleuisse: societatem  
deniq; recens natam in vulgus com-  
mendasse. Tridentina in synodo cla-  
rum veluti sidus emicuit Inopiæ ve-  
rò studijs, & lacrymis ea tum semina  
sparsit, quæ nunc cum gaudio postu-  
mi socij fructuose colligunt. Certè  
Italiæ pleraq; Collegia origines suas  
L      hodieq;

hodieq; & incrementa L A Y N I accepta referunt. Apostolicæ Sedis patrocinium, quo societatē adhuc Pontifices fouent, iuuantq; obnixè meritis eius debetur, qui Sedis Pontificiæ sic vicissim autoritatem, tanquam pro aris, & focis dimicans, abhæreticorum calumnijs vindicauit. Idem Cardinaliū animos; & Episcoporum socijs adjunxit, igitur Ignatius æquus rerum æstimator de L A Y N E nondū societatem gubernante, sic prædicare solitus: nemini mortalium societatē amplius debitaram quām L A Y N I: proxime verò Francisco Xauerio: qui primus Sociorum in Indiam Euangelium portauit; Post autem Præpositus Generalis L A Y N E S, amplius societatem auxit, non domicilijs modo & Collegijs, sed & quæ his constant, Prouincijs. Italia enim in duas tunc diuisa; Cisalpinæ Galliæ, seu Insubrū, & Etruriæ seu Romanæ. In Hispania itēm duplex Prouincia facta: Castellæ veteris & nouæ, quæ Toletani regni est. Gallia quoq; bipartito diuisa, in Franciæ & Aquitaniciæ Prouincias:

Belgica

Belgica item in Flandriam, & Rhena-  
nam diducta, Germania ab Austriaca  
seposita. Duodecim itaq; in vniuer-  
sum Ignatius Societati moriens ex se  
Prouincias reliquit, quas sic per Sa-  
turam recensebo: Lusitanā Castella-  
nam, Boëticam, Aragoniam, Italicā,  
Neapolitanam, Siculā, Germanicam,  
Flandricam, Gallicam, Brasiliam, &  
Orientis Indicam. His L A Y N E S la-  
bore partas quinq; adiecit, Toletanā,  
Aquitanicam, R̄henanā, & Etruscā,  
cui nunc longē lateq; patens Romana  
Prouincia (parens & caput reliqua-  
rum) adiungitur.

Et hæc quidem de L A Y N I S vita  
summa fide dicenda comperi: quibus  
Alfonsi Salmeronij vitam, quod stu-  
diorum peregrinationum, atq; labo-  
rum fidus illi comes fuerit, co-  
ronidis vice appen-  
dam.

## L 2 LIBER